UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum exemptione ab ordinaria iurisdictione

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

102. Exempti an ratione portionis congruè coram Ordinario possint conveniri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61886

Visual Library

QVAESTIO CII.

Exempti an ratione portionis congruæ coram ordinario poſſint conveniri.

ARestographus Papon reſpondit poſſe *lib.* 1. *des arreſtz tit.* 8. *arreſto* 5. qua de re ſupra aliquid notavimus *eod. lib quæſt.* 48.

QVÆSTIO CIII.

Reſidens in loco exempto, an cenſeatur reſidere in diœceſi;

SUMMARIUM.

1. *Locus de diœceſi, eſt de diœceſi.* 2. *Conc. Trid. ubique ligat.*

QUæſtionem hanc utrimque diſputat Hieronymus Gonzales tract. De menſibus & Alternativa Epiſcoporum *glo.* 43. *numer.* 180. *& ſeqq.* eamque affirmando con-cludit hac ſignanter ratione, quod locus in diœceſi conſtitutus de diœceſi eſſe cen-ſeatur *cap. cum epiſcopus de offic. ord. in* 6.

Nec refert, inquit, quod locus exemptus, & extra territorium aut diœceſim æ-quiparantur *cap* 2. *ubi DD. de conſt. in* 6. Quia id ſimilitudinarie & æquiparative tantum procedit quoad certos quoſdam effectus, non autem verè *Fel cap. grave n.* 2. *de offic. ord.* Hinc eſt quod permultis in caſibus quos ſupra retulimus *li* 2. *ca.* 45. E-piſcopùs juriſdictionem exerceat in exemptos, Regulariterque ordinarius plus juris habet in locum & perſonas exemptas ſuæ diœceſis, quam in prorſus extraneas *c.* 1. *u-bi Io. Monach. num.* 4. *& DD. de privileg. in* 6 *Rota deciſ.* 7 2 *num* 4 *par.* 1. Idque ſig-nanter ex diſpoſitione Concilij Tridentini *ſeſſ.* 14. *c.* 9 *ſeſſ.* 7. *c.* 8 *ſeſſ* 21. *c.* : *de refor. & Rota noviſſ. dec.* 744. *par.* 1. etiamſi illud in provincijs inferioribus publicatum non fuiſſet, quemadmodum Epiſcopo Leodienſi pridem reſpondit ſacra Congregatio *Sacra congregatio in declarationibus Conc. Trid. in fine fol.* 145. Qua de re ſupra latius tractatum eſt *lib.* 1. *quæſt.* 30. *per tot.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN